



1773/3
18

DISPUTATIO AVSPICALIS IURIDICA
OBSERVATIONES NONNVLLAS
DE
**VENATV IN TERRIS
PRAESVLVM GERMANIAE**
ET
ARCHIEPISCOPATVS COLONIENSIS
NON LIBERO SED REGALI HABENDO CONTINENS

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQUA

PRAESIDE
IOANNE ANDREA HOFMANNO


IVR. DOCTORE ET ANTECESSORE P. O.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRIBVS HONORES
ET PRIVILEGIA EORVM RITE CONSEQUENDI
DIE VIII MENSIS AVGUSTI A. R. S. c16ccclxxxi
VIRORVM MAGNIFICORVM PERILLVSTRIS
ILLVSTRIVM ATQVE EXCELLENTISSIMORVM DISQVISITIONI
SVBIICIT


AVCTOR ET RESPONDENS
CLEMENS AVGUST. FERDINANDVS HOYNK

BALVEO - WESTPHALVS
AB EMINENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO MAXIMILIANO
FRIDERICO ELECTORE ATQVE ARCHIPRAESVLE COLONIensi
PARENTI SVO CLEMENTISSIME SUBSTITUTVS IVDEX
PRAEFECTVRARVM BALVENSIS CET.



MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

DISSESSATIO ACADEMICA IARHIDICA
DISCUSSIONE NUNTIUS
DISCUSSIONE NUNTIUS
AEQUA IN TERRIS
PRAESALVAM GRAMMATI-
CIS
ARCHIBISHOPICAS CONFERENTIA
NON PATERO SED REGAM HABENS O'GODFREY
OMNIA
EGOTIOS MAGNI INGENITISSIMO
SERVANUSMO AC TOLKAYAPAMO FANCIE
ET POMPS
BONIMO HEDBERGO II
SARAVIA LIPSIACARIA STRAVIA
PRAESES
IOANNI ANDREA HOMANN
IN DOCTORE ET ARTIS PROFESSOR
PRO FICCIATI
SUMMOS IN JARIBAS HONDORAS
TE PRIVILEGIJ HORUM ETIE CONFERO MIND
DIE ANI MENSIS AGUSTI 1758 E DICOCXII
AROGIAN MAGNI IN QORNIA FRATUARIA
TURATIUM IOANNE HEDBERGIANUS DEDICANT
SARVIA
AVATOR ET MUSICOLOGIA
CLERMENS AVGVSTI HEDBERGIANUS IOACHIM
BELI UNI - MUSICOLOGIA
NA TURATIUM HEDBERGIANUS DEDICANT
HEDBERGIANUS HEDBERGIANUS
MATHIAS CLOPPHORUM
MATHIAS CLOPPHORUM



PROLVSIO.

Cum de venatione quasdam obseruationes specieminis sollemnisi loco in medium prolaturus sum, in animo mihi non est: totum ambitum et complexum venatus cum omnibus suis speciebus, ac diuisionibus edisserere et ample tractare; sed summa illarum eo directa est, ut pro viribus ingenii praesertim, rationibus conquisitis, cum illis iureconsultis, qui venationem in episcopatibus Germaniae et terris coloniensibus speciatim liberam habent, breuiter in contrarias partes disputationem. Nam argumentum illud et materies ipsa voluminibus magnis, atque opusculis multis iam continentur a), eamque ob causam nunc paucis

a) Vid. bibliotheca iur. LIPENII Lips. 1757, fol., vol. II, p. 437-440, domini prae-

fidis juristische bibliothek, Ienae 1748, 8, P. I, p. 354 seq., GE. CHRIST. KREYSIGII blio-

PROLVSIO.

paucis eam doctrinam tantum percurram. Iure quidem naturae venationem et capturam ferarum bestiarum, velut rerum nullius, omnibus licetam fuisse, nemo negabit, quin imo ius romanum ita constitutum habemus, ut secundum illud extra aliena praedia inuitis dominis b) venatus, atque aucupium ciuibus licuerit; constat etiam: Germanos ingenuos antiquissimis temporibus multum in venationibus fuisse, auctore c. IVL. CAESARE c), et teste c. CORNELIO TACITO d) eiusdem adstipulatore; quibus additur, quod in IVRE PROVINCIALI SAXONICO e) atque in IVRE PROVINCIALI SVEVICO f) traditur; ea re a multis doctoribus existimatur: omnes eos, quibus usus armorum olim indulitus et tributus fuerit, licentiam venandi in agris, ac praediis suis liberam habuisse, eamque ad commoda et fructus fundorum equestrium adhuc hodie pertinere. Verum enim vero illae rationes, ac principia naturae circa libertatem naturalem in statu ciuitatum germanicarum ordinato, distinctis praeципue rerum dominiis, et facta discessione ab illa communione generali, quae tum campos, agros, tum filias, memora, venatum, aliaque tetigit, per leges, consuetudines,

bibliotheca scriptorum venat. cert.
Altenburg. 1750, 8, AH. FRITSCHII corpus iur. venat. for.
tripart. len. 1675, fol. et cum
praefat. SAM. STRYKII, Lips.
1702, fol.

b) L. 3 § 1 π. de adq. rer.
dom. L. 13, § 6 π. de iniur.
L. 16 π. de feruitut. § 12 Inst.
de rer. diuinis.

c) de bello gallic. lib. IIII,
cap. I, lib. VI, cap. 21.

d) de moribus Germ. cap.

XV, 10. PET. de LVDEWIG
de venatu eiusque regali, Hal.
M. 1730, differ. 3, not. 2,
p. 16 seq.

e) lib. II, art. 61, iur. weichbild. art. 122.

f) cap. ccclvi, in corp. iur.
germ. SENKENBERG, curante
GVST. GE. KOENIG & KOE-
NIGSTHAL, T. II, p. 427,
de LVDEWIG l. d. differ. V,
not. 8, p. 39 seq.

dines, pesta conuenta, praescriptiones, et res iudicatas maxime sunt limitata, et restricta, nec ea tempora amplius meri arbitri decisionis esse possunt, quae aeuo Taciti, aut Iulii Caesaris extiterunt, cum priuati, ac separati agri apud Germanos tunc nihil fuit g), quod sequentibus temporibus alicer ordinatum est, dum res nullius, et communes in ciuitatibus Germanorum in publicas, fiscales, vniuersitatum, proprias, aliasque diuisae, resque publicae modo regibus ac principibus a populo, modo ciuitatibus, attributae, nec venationes promiscue omnium iuri relietae fuerunt, adeo, vt earum vsus non ad omnes et singulos pertinuerit, nisi quibus principes eum concesserunt, atque illi, qui praefuerunt reipublicae, aut illi ex omni temporum memoria eo fruiti fuerint. Hoc imperii summam tenentibus contigit in siluis majoribus, seu forestis, fluminibus, portubus, metallifodinis, illisque rebus, quae nullius dominio obnoxiae fuere. Principes igitur, atque optimates regiones sibi solis habendas occuparunt, et naecti sunt, quibus excluserunt alios venationem ex illis usurpantes, eamque sibi in siluis, nomine forestorum insignitis et sanctione poenali praeditis, tanquam ius regium vindicarunt, leges venatorias fensim, ac pedetentim tulerunt; hoc tamen in dubium non vocamus: ingenuos, atque ordinis equestris viros ius venandi in praediis suis praescriptione vetustate antiquissima adquirere potuisse, aut eis per indulgentiam et beneficentiam clientelarem concessum, aut titulo tum lucratuuo, tum onerofo adeptos fuisse. Vtrum vero in dubio intestatio possessoris praedii equestris hodie ita fundata sit, vt venatum sibi iure in fundo suo vindicare, an vero princeps

A 2

supe-

g) IVL. CAESAR l. d. lib. IIII, cap. I, num. 7, TACITVS l. m. cap. XXVI.

PROLVSIO.

superioritate territoriali praeditus in terris suis a quolibet
 priuato venationem usurpante exigere possit, vt titulum
 edat? Incertum hoc diuersitas tradentium facit. Ex sen-
 tientia nostra principi priores deferimus, praeſertim, si
 consideramus: tempora antiqua maxime esse mutata;
 aliumque statum rerum, potestatisque per superioritatem
 territorialem recentiore memoria introducetur fuisse, et
 quando fas est, vti logici volunt, a propositionibus sin-
 gularibus, quas exempla atque experientia subministrant,
 aut a propositionibus specialioribus ad propositiones uni-
 versas progredi, vt et ob alias rationes, postea adferen-
 das, distinguentes tamen et bene perpendentes illud ius
 varietate terrarum et locorum in Germania. Nam si lex,
 aut consuetudo manifesta, aut priailegium adest, aut le-
 gitime probari potest: quod venatus more maiorum an-
 tiquissimo ita comparatus fuerit, vt ille a possessore prea-
 dii nobilis ex constituto in fundo suo omni memoria exer-
 citus sit, tum demum eidem venationem tranquille relin-
 quendam esse censemus. Quod si vero more patrio ge-
 nerali illud traditum non est, nec venatio antiquior me-
 moria hominum suscepta fuit, tum ex persona principis
 coniectura capienda, et argumentatio quaerenda erit.
 Nam venatio hodie, nisi in omnibus, tamen in plurimis
 terris Germaniae regulari modo regia atque eminens ha-
 betur, neque repente in contrarium mutamur per illa
 specula, quam auctoritate publica compilata et promul-
 gata non sunt, deinde illa silvas interdicto munitas, seu
 foresta regia loquuntur, atque in eis exhibentur, neque
 ea iura prouincialia venationem liberam indistincte et pro-
 miscue declarant, sed referunt: reges statuisse: quod ne-
 mo poenae capitalis, aut corporis adſictiuae reus occa-
 sione huius rei, i. e. feras capiendo, fiat; verum ex illo
 non

VNDE IVS VENANDI DERIVANDVM EST? 5

non consequitur: vt aliae mulctae ac poenae locum non habuerint. Vnde, si attente et diligenter ea loca perpendimus, facile colligere possumus, ea non de libero venatu, verum de furto, aut illicita captura ferarum animalium loqui; in primis, dum sanciunt: vt omnes ferae iniulatae sint, modo discedatur a lupis, atque ursis, quos impune violare licuit h).

§ I

DESCRIPTIO VENATIONIS.

Venatio nobis est ius legitime capiendi animalia fera in siluis, locisque pertinentibus ad certas personas spectans.

§ II

VNDE IVS VENANDI DERIVANDVM EST?

Facultas venandi non uno fundamento, nec fonte nittitur, sed varia eius capita esse possunt. Illa enim in Germania hodie de promit modo ex maiestate, modo ex potestate suprema, et eminente, quae vulgo superioritas territorialis dicitur, eiusque annexus habetur, saepe numero beneficio clientelae, seu iure feudi, priuilegio, donatione, titulue oneroso, aliquando iure proprio, praescriptione legitima, conductione, aliisue modis, et in propriis, et quodammodo in alienis terris, fundisque i)

A 3

exer-

h) *ius prouinc. sueu. cap. ccclvi, § 2 seqq. 10. PET. de LUDEWIG diff. iur. rom. germ. in ferarum furto, Hal. 1730, ANTON. SEIDENSTIKKER de furibus ferarum, Helmst. 1696, et 1715, IO. HENR. WOLFART de eo, quod in Germania in-*

flan est circa bannum ferinum in alieno territorio adquisitum, Marb. Catt. 1730, 4.

i) IO. CAR. PET. BONHOEFFER de iure venandi per modum feruitatis iur. publ. in territorio alieno cet. Alt. 1748, IO. FLOR. RIVINVS de iure venandi

6 DIVISIONES VENAT. QVAEDAM EXPONVNTVR

exercetur, ea re interdum seruituti similis est. Praeterea venatus coniunctus est aut cum iure foresti, bannoque ferino, aut non. Sunt quidem, ius foresti, bannum ferinum, et venationem synonyma habentes; at vero negatur, quum multum discriminis inter vocabula ac significaciones eorum iure germanico statuendum sit. Nam ius foresti, et bannus ferinus tum regius, tum simplex plus quam venationem solam comprehendunt k).

§ III

DIVISIONES VENATIONVM QVAEDAM EXPO- NVNTVR.

Partitiones venatus variae a doctoribus formantur. Est enim ille siue superior, siue inferior, cui aliquando accedit, atque additur medius l), limitatus, et indefinitus,

venandi in alieno fundo, Lips.
1745. Imperator Conradus II
interdixit priuatis personis,
ne quis sine regis venia in sil-
uis et campis venari audeat,
GOLDAST VOL. III const. imp.
p. 312, const. III, REINHARD T
I, infra cit. cap. II, § 6 p. 43 seq.
k) Conf. viri perillustri 10,
IAC. REINHARDTI tr. de iure
forest. Germ. Francof. ad M.
1738, 4, cap. I, § 3 seq. § 6
seq., cap. III, sect. II, § 4,
WOLFART l. d. cap. I, § 1
seqq., cap. II, add. amici sua-
uissimi et popularis mei LBO P.
GVIL. IOS. LYSENII diff. sol-
lemnis de iure forestali domi-

no Praeside meo similiter mo-
derante habita, p. 3 seqq., G.
H. MYLII pr. de diff. iur. ve-
nand. et banni ferini, Lips. 1745.

1) Viri perill, et magnifici
10. GE. ESTORIS bürg. rechts-
gelahrheit der Teutschen P. I,
§ 2491 seqq. et P. III, p. 949
seqq., FRID, VLR. STISSERI
jagt- und forsthistorie der Teut-
schen, Lips. 1754, 8, cap. VII,
§ 4-31 seqq., NIC. CHRISTOPH.
L. B. de LYNKER in cent. VIII,
decis. 853, 10. FRID, PFEF-
FINGER in Vitriar. ill. vol. III,
tit. 18, § 14, § 15, p. 1426
seqq. 10. PET. de LVDEWIG
in consil. hallens. T. II, lib. II,
cons.

DIVISIONES VENAT. QVAEDAM EXPONVNTVR. 7

tus, cui liber opponitur m), clamosus et placidus, specialis, proprius, singularis, communis, et simultaneus, seu conuenatio variij generis, venatio precaria, gnaden- und bestandjagt n), a modo, ac strepitu exercendi ve- nationem oritur species die klapperjagt dicta o); quodsi vero more tradito praeventionis ius circa eam locum ha- bet, existit die vorjagt p), et quae sunt reliqua. Harum diui-

cons. XC, viri illustris D. A. V.
GEI STRUBEN vindiciae iur.
venandi nobilit. germ. 1739, 4,
p. 73 seq. IO. GVIL. de GOE-
BEL de iure venandi, Helmst.
1740, § 3, REINHARDT l. d.
cap. II, § 9, p. 53 seq. viri
celeb. ERN. MART. CHLADE-
NII d. de venat. Vit. 1767,
§ 4, p. 67 seq. add. litterae
clientelares a potentissimo rege
Borussiae anno 1715 nobili de
Roebel datae, apud LÜNIG. in
corp. iur. feud. vol. II, p. 917,
p. 918, IO. IOACH. SCHOEP-
FER de venat. super. Rost. 1702,
de venatione inferiori agit vir
illustris FR. BS. de PUFEN-
DORF VOL. I, obs. 228, ANDR.
HOMBORG de iure conuenandi
cet. Helmst. 1751, AH. FRISTCH
de conuenatione, membr. I, § 8
seq.

m) STEPH. C. HARPRECH-
TII sciagraphia liberae venat.
germ. in primis vero sueicæ,
Tub. 1702, IO. OTTO freier
pürsch beschreibung, cum NO.

tis C. C. W. Vlm. 1725, de
LVEDEWIG de venatu cet. diff.
VI, p. 52 seq., vir illustris
GODOFR. DAN. HOFMANN
et IO. GVIL. de SAYLER a
PFERSHIM de libera venat.
speciatim Sueco Memming. Tub.
1753, p. 3 seqq. ibique me-
morati auctores.

n) PAVLL. FRANC. ROMA-
NVS, AHASV. FRITSCH, PET.
MÜLLER, FRID. CHRISTOPH.
HAKPPRECHT de venat. pre-
car.. ERID. ANT. HALLEN-
HORST de eo, quod iustum est
circa venat. in genere et in spe-
cie circa venat. precar. Erford.
1713, seqt. post. p. 21 seqq.

o) GEBH. CHRISTIAN. BA-
STINELLER de modo venandi,
vulgo dicto die klapperjagt, Vit.
1754 § 5 seqq. p. 13 seq.

p) FERD. WAITZENEG-
GER in tr. de venat. cap. V,
§ 22, IO. FRIED. SCHNEI-
DER de iure praeuent. circa ve-
nat. § 14 seq. Hal. 1715.

8 QVOMODO IVS REGIVM ATQVE EMINENS

diuisionum explicationem vltiorem silentio praetermittimus, quum illae in commentariis, opusculis de venatu confectis, et in compendiis iuris germanici explanatae sunt, vbi et simul de iure aucupandi, et piscandi agitur q), quod aequa in venationibus saepenumero considerandum venit.

§. IIII

QVOMODO IVS REGIVM ATQVE EMINENS PEDE-TENTIM CIRCA VENATIONEM ORTV M EST?

Ab initio iam di^{ct}um est: in Germania dominiis rerum partitis, et communione illa naturali, ac libera, statu ciuitatis constituto, magis magisque eo firmato, prope sublata, reges, atque imperatores, principes, pri-moresque regiones sibi attributas, et adquisitas sibi solis habendas retinuisse, et venationes aliorum in illis limitasse. Vnde venatio tanquam ius regium atque eminens sensim ac pedetentim enatum fuit, et hodie illius concessio ad principes spectans e regula censetur. At illud adhuc certo non constat: quonam tempore illud factum sit; hoc quidem asseri nequit: illud lege quadam gene-

q) GE. MOHR de iure venandi, aucup. et piscandi, aliquaque a FRITSCHIO corp. iur. ven. for. P. I inserti, IO. FRID. a FLEMMING volkommener teutscher jaeger, Lips. 1719 fol. p. 336 seq. viri ill. ERN. MART. CHLADENIUS de iure phasianorum, eorumque bandno, Vit. 1752. Hoc probant praefecti venationibus regiis constituti, inter quos etiam fal-

conarii, aliique fuerunt, HVB. JOSEPH. HVFF de STEINACH de ardearum venatione vulgo reigerbeise, Alt. 1738, § 13 seq. CHRIST. GOTTL. SCHWARTZ de buticulariis cet. ibid. 1723, 1733, § 7 p. 16 seq. § 13 p. 27 seq. IO. DAV. KOELER de ca-stro Imp. forest. Brunn. Alt. 1728, § 4 seq., STISSER l. d. cap. V, § 42 seqq. p. 129 seq. cap. VI, REINHARDT p. 14.

PEDETENTIM CIRCA VENAT. ORTVM EST? 9

generali vno velut constituto in Germania sancitum esse r); illud tamen in dubium vocari nequit: reges Francorum venatui deditissimos fuisse s), qui, prout etiam reges Germanorum, atque Imperatores subsequentes multiplicibus modis, itemque adquisitionibus terrarum forfasse bellis factis t), in potestatem silvas et foresta redegerunt, et ordinarunt, ac principes, comites, et dynastae, illorum exemplo, progredientibus aetatisbus, pro ratione temporis, ac studio venandi, maiorum, et circum palatia et castra regia prouincialia sitarum, hisque vicinorum, siluarumque suarum tractus bannis, atque inhibitionibus promulgatis constituerunt, et confirmarunt, quos aut ipsi retinuerunt, aut multifariam, clientelae quoque nexu, aliis concederunt, aut donarunt, et quidem tum eccle-

r) In iure feudali Langobardorum II F. 27 § 5 sancitum fuit, ut nemo retia sua, aut laqueos, aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad vrsos, apros', vel lupos capiendos. II F. 56 redditus pescationum in regiorum iuriuum numero ponuntur, LÜNIGII R. archiv P. spec. cont. II, f. 3, abh. 4, p. 7.

s) conf. (I. A. KÖPF) gründlicher bericht von dem uralten Reichs- und koenigforst zur Dreieichen cet. Offenb. 1736 fol. P. I, § 2 seqq. p. 4 seqq., FRID. CAR. de BVRI in den behaubteten vorrechten der al-

ten koenigl. bannforste cet. 1742 fol. sect. I § 2 seq, De rege Guntramno, eiusque silua regia testatur GREGORIVS TVRON, lib. X, cap. X, KOE LER l. d. § 6 seq.

t) Vid. (ANT. CHRISTIAN. LÜBBE) gründliche bewaehrung des Sr. koenigl. Majestäet von Grossbritanien und kurfürstl. Durchl. zu Braunschweig und Lüneburg in dem herzogthum Lüneburg zustehenden jagtregals cet. 1731 fol. cap. III, § 2, 3, 6, p. 47 seqq. ZACH. HESSE de venat. iuxta ius German. Regiom. 1702, cap. I, § 10.

B

10 QVOMODO IVS REGIVM ORTV M CET.

ecclesiis, monasteriis, ac piis corporibus, tum aliis hominibus, itemque principibus, comitibus, ciuitatibus imperii, oppidis, magistratibus u), ac aliis, quin etiam reges atque imperatores ea ratione filias forestari et banno interdici indulserunt x), vti postea exemplis probaturi sumus. Quibus accessit, quod etiam nobiles, et equestrts ordinis homines bona sua, cum iuribus pertinentibus, varias ob caussas y), imperatoribus, principibus potentioribus, ecclesiis, aliisque obtulerunt, eaque qualitate feudali praedita repererunt. Demum, superioritate territoriali in Germania moribus et legibus Imperii firma ta, facies rerum maxime transformata fuit, atque ordines Imperii ex eo tempore maiore potestate imperare incep perunt,

u) KOEHLER de Castro Imp. for. Brunn § 3 seqq. p. 6 seqq.
Fridericus Thuringiae Landgrauius cet. anno ccccxxxviii
venationem vnius cerui in silua dresdensi quartis annis singularis consulibus et iuratis in Dresden indulxit, ANT. WECK
in der dresdnischen chronicke p. 472, Georgius dux Saxoniae anno cccxlii senatui lipiensi in siluis suis venationem priuilegio concessit, LÜNING im R. arch. P. spec. cont. IIII, th. II fort. p. 599, de LVDEWIG de venatu cet. diff. VI, not. 5, p. 57 seq., REINHARDT l. m. cap. II, § 1 seq.
x) de BVRI l. d. p. 6 seq.
Capitularibus enim Francorum

comitibus, aliisque prohibitum fuit, ne sine permisso regum foresta facerent, vid. GOLDAST vol. III constitut. imp. p. 251, num. 22, PET. GEORGISCH in corp. iur. germ. p. 854, p. 860, num. 22, p. 1213, num. 49, p. 1381, num. 42, REINHARDT l. c. cap. II § 2 p. 32 seq.

y) 10. NIC. HERT de feudiis oblatis, vol. II opusc. 10. GAEB. VLIRICH de feudo venationis, Alt. 1747, AD. LVD. LOEFFLER de iure venandi in subfeudum ex generali inuestitura valide concesso, sed defectu subinfeudantis extincto, ib. 1706, STISSER l. d. cap. VI, § X seqq.

DE QUALITATIBVS ET IVRIBVS VEN. II

perunt, quam olim, etiam circa venationes, suosque ministros constituerunt z).

§ V.

DE QUALITATIBVS ET IVRIBVS VENATVS IN EPISCOPATIBVS GERMANIAE.

Ius forestorum, et venationum serius ad archipraesules, et episcopos, quam ad dominos regionum venisse, vulgo opinio nonnullorum eruditorum est, idque eam ob causam, quod non solum canones, verum etiam regum Francorum leges eos a venatu alienos esse iussentia). Verum enim vero, quatenus archipraesules, episcopi, ac praelati Germaniae simul ordines Imperii sunt, etenim principum dignitatibus, potestate atque imperio fruuntur, ea re illi etiam superioritatem forestalem, banum ferium et venationem in suis terris habere, atque exercere possunt, idque non velut meri ecclesiastici, verum ut domini ditionum et ordines Imperii b). Deinde

B 2 cogni-

z) Pax osnabrug. art. VIII, § 1, § 4, capitulatio caesar. art. I, § 2, § 8, art. XV, art. XVIII § 6 seqq. art. XXI, 10. FRID. RHETIVS in *institut. iur. publ.* lib. II, tit. 7, § 27, STISSEK l. d. cap. VI § 13 seqq. IER. EB. LINK de *iure venandi regalibus adscripto*, Argent. 1722, REINHARDT l. d. cap. II, § 2, p. 34, § 4, p. 39 seqq., cap. III, sect. II, § XI, p. 98 seq.

a) CASP. ZIEGLER de *episcopis*, Norimb. 1686, 4, lib.

III, cap. 19, p. 116 seqq., FELIX SPITZ de *clericu vena-*
tore, Alt. 1687, ANACL. REIF-
FENSTVEL in *iure can. vn.*
lib. V, tit. 24, STISSEK l. d.
cap. V, § 50 seq. p. 136 seq.
cap. VI, § 16, p. 160, cap.
XII, p. 519 - 534, REIN-
HARDT l. m. p. 30, p. 58 seq.
de GOBBEL l. p. 84 seq.

b) MOHR l. d. P. I, cap.
VIII, num. 164, ADR. GYL-
MANN lib. I, decis. 13, 10.
ANDR. FROMMANN de *con-*
domin.

12 DE QVALITATIBVS ET IVRIBVS CET.

cognitum, ac perspectum est: non omnem venationem clericis fuisse interdictam; sed distinguendum esse: inter placidum et quietum, atque inter clamosum venatum. Ille clericis licitus fuit c). At nobis non est animus de venatione clericorum ex institutis pontificum differendi; verum iura venandi, et forestalia in terris archipraesulium, atque episcoporum perscrutanda sunt, simulque inuestigandum erit: num venatio in illis libera existat, vt multi doctores autumant, an regia, seu regalis potius habenda sit? Nos calculum album eis adiicimus, ac sententiam eorum sequimur, qui venatum in terris praesulum Germaniae regium peruincent, neque illum liberum in illis existimant. Nam, si exemplis fere innumeris probare possumus, plerosque archipraesules, episcopos, ecclesiastas, ac monasteria ius venandi a regibus, atque imperatoribus adeptos fuisse, tum etiam consequi videtur: vt illud iure, meritoque regium censendum sit. Nam cum territoriis et feudis regalibus itidem iura regia in prouinciis Germaniae ad principes et proceres Imperii per inuestitaram, aliumue modum peruererunt, quin imo saepius, si saltus ac nemora terris continebantur, ius banni ferini et venationis ipsis formulis litterarum clientelarium ab Imperatoribus principibus concessum fuit. Extat maximus cumulus eiusmodi tabularum, priuilegiorum, concessionum, donationum, et traditionum penes LUNIGIVM d), aliosque auctores.

§ VI

domin. territ. cap. V, th. XIII, V, tit. 24, STISSER l. d. cap. p. 48, laudatus LYSEN l. m. XII, § 13 seq. p. 527 seq. FELIX SPITZ de iurisd. forest. cap. V, p. 14.

c) IVST. HENN. BOEHMER in *iure eccl. prot. lib. V,* tit. 24, HENR. WAGNERECK in *exeg. comm. ad SS. can. lib.*

XII, § 13 seq. p. 527 seq. FELIX SPITZ de *iurisd. forest.* Alt. 1756, 4, cap. IIII, § 2, 3, p. 32 seq.

d) LUNIG in *spicileg. eccl. P. II,*

§ VI

EXEMPLA QVAEDAM REFERVNTVR.

Liceat igitur monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla nonnulla in medium proferre. Exordium autem capere lubet a tempore Caroli M. Extat praecipuum Caroli M. de venatione pro monasterio sithiensi apud MABILLON e). Eumdem imperatorem ecclesiae atque episcopo oshabrugensi certum forestum cum omni venatione donauisse fertur f). Anno 889 Imperator Arnulphus tradidit ecclesiae Eistadii quemdam locum Sezzi nominatum, cum parte siluae et foresti de curte Weissenburg g). Ludouici IIII munificentia archipraesul salzburgensis a. 903 ius venandi et piscandi adeptus est in curte Salzburghoue h). Anno 915 Carolus simplex

B 3

Fran-

P. II, p. 140, 148, 578 seqq.,
P. III, p. 101 seq., p. 181
seqq., R. archiv P. spec. cont.
II, f. III, p. 7, CHRISTOPH.
LVD. CRELLII pr. de *iure bagarum et ziuariorium apud Germanos*, Vit. 1740, IO. FRID.
PFEFFINGER in *Vitriar. illuſtr.* vol. III, lib. III, tit. XV,
p. 1057 seqq. tit. XVIII, § 8,
p. 1363 seqq. § 9, p. 1390
seqq. (KOPEII) gründlicher
unterricht von dem uralten
Reichs und koenigsforste zur
Dreieichen 1736, fol. STIS-
SER I. d. cap. V, cap. VI,
§ 13 seqq. cap. XII, REIN-
HARDT m. l. cap. II, § 1,
seqq.

e) *de re diplom.* lib. VI, p.
611.

f) FERD. FÜRSTENBER-
GIVS, praeful paderborn. in
monument. *paderborn.* Lemg.
1714, 4, p. 321, MEIBOM.
T. II script. rer. germ. p. 197,
p. 748, add. LÜNING in *spicil.
leg. eccles.* P. II, p. 578.

g) *de FALKENSTEIN* in
cod. dipl. *Nordgau. antiqu.* p. 14.

h) LÜNING in *spicil. eccl.*
I th. fortſ. p. 948, p. 1064,
add. CHRISTOPH. GEWOLDI
notae ad WIG. HVNDII *me-
tropol. Salisburg.* T. I, p. 164.
T. II, p. 163.

Francorum rex canonicis ecclesiae S. Lamberti leodicensis concessit forestum in Arduenna, cum venatione i). Deinde Imperator Henricus II anno 1008 donauit, et tradidit ecclesiae leodiensi et Baldrico comiti forestam quandam, seu bannum bestiarum in siluis k). Otto I in monasterium S. Emmerani Ratisbonae contulit anno 940 locum Helfendorf cum foresto, forestariis, regio banno, et venatione l). Idem Otto M. anno 944 largitus est pescationem in Amuson et Amere episcopo traiectensi m), ea que munera auxit et confirmauit Otto II anno 975 n). Addere liceat praeceptum Ottonis M., quo monasterio fuldensi wildbannum super foreste iuxta Eichzelle in Wetterau anno 951 concessit o). Idem Imperator anno 956 ecclesiam magdeburgensem villa Musische cum omnibus - - siluis, venationibus - - pescationibus donauit, et alias

i) MIRAEVS op. diplom. T. I, p. 254, LÜNIG in *Spicil. eccl.* P. II p. 485.

k) LÜNIG l. d. P. II, p. 490 seq.

l) LÜNIG l. m. P. III, p. 648 seq. De silua crassiori et territorio - - et omni venatione ecclesiae quedlinburgensi ab Ottone I anno 937 donata vid. *de LUDEWIG in singul. iur. publ. praeaf.* p. 93, 94, KETTNER in *antiquitat. quedlinburg. diplom.* sec. X diplom. XVII, p. 23.

m) HEDA de *episcop. ultrai.* p. 84.

n) IDEM ib. p. 87, 88. Ottonis I praeceptum anno 943

datum de foresto in Trete pro Balderico traiectensi *idem* exhibet l. d. p. 83. Henricus II venationem per comitatum Trenthiae ecclesiae traiectensi concessit anno 1006, HEDA m. l. p. 101.

o) SCHANNAT in *bif. fuld. probat.* p. 147. Henricus II eidem ecclesiae fuldensi forestum Zanderhart anno 1013 attribuit, *ibid.* p. 244. Henricus III eidem monasterio wildbannum super quoddam forestum eiusdem ecclesiae proprium intra certos terminos concessit, SCHANNAT in *Buchon. vet.* p. 320.

alias largitiones insignes fecit p.). Otto II priuilegium super libera venatione et piscatione ecclesiae coloniensi anno 973 indulxit q), paternamque largitatem ratam habuit, eique confirmauit bestias, id est, ceruos et ceruas et bannum super eas cum populi contentu. Idem anno 974 Theodorico archiepiscope et ecclesiae treuirense largitus est forestam in Kylwalt, definitis finibus r). Anno 983 Willegiso praesuli moguntino ab eodem venatus donatus fuit s), anno 985 episcopo verdensi, atque ecclesiae quedlinburgensi idem concessus fuit; anno 988 confirmatum est ab Ottone III ius piscandi, venandi, et aucupii eccl.

siae

p) LÜNIG c. l. P. I fort. anh. p. 64, (CHR. LAVR. BILDERBECK) deduction wider die vermeintliche regalitaet der jagten cert. 1741 fol. in den anlagen num. VII, p. 367.

q) GELENIVS de magnitud. Coloniae, lib. 1 synt. VII, p. 66, 67, MEIBOM. in scriptor. ver. germ. T. I, p. 650, LÜNIG in spicil. eccl. P. I, fort. p. 323. Idem imperator eodem anno 973, atque Otto III anno 989 ecclesiae frisingensi bannum regium piscationis et venationis adscriptit, EWOLD l. d. T. I, p. 91 seqq. De venatione coenobio gandersheimensi anno 979 ab Otrone II concessa, vid. LÜNIG l. d. P. III, p. 25.

r) IO. NIC. ab HONTHEIM in bisutoria treuir. diplom. et

pragm. P. I, 1750 fol. p. 310. Forestum regium anno 895 a Zuenteboldo factum, IDEM l. d. p. 232 exhibet, simulque docet: quomodo et qualiter foreta constiuantur, hisque addit, ius forestae inter regalia referri, illudque a regibus atque Imperatoribus archiepiscopis indulsum fuisse, ib. p. 232, p. 310, p. 364, p. 527. Ludouicus III confirmauit anno 1332 priuilegia archiepiscopi treuirense forestaria, dicta wildbann. ib. P. II, p. 121, et Ferdinandus III anno 1645, LÜNIG in spicileg. eccl. P. I fort. p. 251.

s) LÜNIG l. d. P. I, fort. p. 16. Add. priuilegium Maximiliani I anno 1486 ecclesiae moguntinae datum, ibid. p. 88 seqq.

16 EXEMPLA QVAEDAM REFERVNTVR:

siae hamburgensi concessum. Otto III tribuit anno 988 regium bannum in siluis circa wimpinam ciuitatem et villam Biscoesheim fatis Hiltibaldo episcopo wormatiensi, quas ille cum regia licentia et au^toritate, nec non et voluntate et assensu bonorum militum in circuitu habitantium nouiter in forestauit t). Otto III rex anno 991 ecclesiae mindenⁱ forestam largitus est u), et Conradus II priuilegium super iure venandi ecclesiae mindenⁱ anno 1033 in quibusdam eiusdem forestis concessit x). Otto III quoque abbatiam Chrembsmunster cum siluis et venationibus ecclesiae pataueni tradidit, et Henricus III anno 1049 eidem ecclesiae ius venandi in certis regionibus concessit. Anno 1000 Otto III ius venandi in siluis Bernheim et Lutershusen ecclesiae herbipolensi concessit y). De ecclesia bambergensi idem chartae variae testantur z). Henricus II monasterio laurisheimensi anno 1012 forestum in silua ottoniana donauit, atque terminos forestis banni in Ottenwald concessi anno 1027 descripti^{a)}.

Plura

t) SCHANNAT in *cod. probat. bisb. Wormat.* p. 27 seq. num. 31, T. II. Add. Imperatoris Henrici II praeceptum, per quod anno 1002 bannum regium concessit ecclesiae wormatiensi in silua Forchabi, SCHANNAT l. d. T. II, p. 34. Extat quoque Caroli M. praeceptum anno 798 datum, per quod ille wormatiensem ecclesiam ratione forestis Odenwald a fisci imputationibus absoluit, SCHANNAT l. d. T. II, p. 1, item Otto I anno 970, IDEM T. II, p. 22.

u) LÜNING l. d. P. II, anh. p. 104, 10. PISTORII scriptores rer. germ. T. III, Ratisb. 1726 fol. p. 821.

x) LÜNING l. m. p. 108.

y) LÜNING l. d. P. II p. 934, quibus adiungi potest praeceptum Conradi II regis super iure venandi anno 1027 datum, ib. p. 940.

z) PFEFFINGER l. m. vol. III, p. 1370 seq. ibique memoriauctores, FABRI EUR. STAATS-KANZELLEI P. XXXI, p. 133.

a) FREIBER in *orig. Palat.* P. I,

Plura exempla suppeditant de reliquis ecclesiis Germaniae, e. g. paderbornensi, elwangenisi, spirensi, tridentina, brixien-
si, hildesheimensi, corbeiensi, cet. LÜNIG, PFEFFINGER,
STISSEMER aliquie, ad quos auctores relegamus be-
neuelos lectores. Sufficient igitur haec pauca; interea
constat ex illis exemplis in medium prolati atque aliis: iu-
ra foresti, et venatus, prout alia iura regia, archipraesu-
les et episcopos, cum ceteris monasteriis, plurimum ab
initio e manibus regum, atque imperatorum accepisse b);
quamvis negare nequeamus: aliquando venationes in eos-
dem ab aliis principibus, ac personis itidem translatas
fuisse c), quin etiam primicias, et decimas venationum
quandoque annales et monumenta vetustatis loquuntur,
atque exponunt d).

§ VII

P. I, p. 185, p. 186, TOLNER
in bīß. *Palat. cod. dipl.* p. 21.
b) ab HONTHEIM l. d.
T. I, p. 527, a, NIC. SCHÄ-
TEN in *annal. paderborn.* p. 162,
164, 183, 219, p. 346, 374,
403, 417, 418, 425, 435,
p. 438, 451 seqq. p. 471, 477,
479, 480, p. 481, 483, 486,
488, 490, 530, 542, p. 553,
564, 610, 621 seqq. eamque
ob caussam ad regia iura ban-
nus ferinus refertur, conf. MIRAEVS in *diplom. belgic.* lib. I,
cap. 105, vbi ab Imperatore
Carolo III banna, siue inhibi-
tiones venationum sub regali-
bus numerantur, add. viri ce-
leb. CHRISTIAN. ERN. HAN-

SELmanni diplomatischer be-
weiss dass demm hause Hohen-
lohe die landeshoheit cet. schon
vor dem grossen interregno
zugestanden habe, Norimb.
1751, fol. P. I, § 145, p. 192
seqq. und in beilagen p. 38 seqq.
P. II, p. 161 seq. p. 303 seq.
MEIBOM. in *scriptor. rer. germ.*
T. I, p. 291.

c) GEWOLD l. d. T. I,
p. 29, STISSEMER l. d. cap. VI,
§ 5 seqq. Habent interdum
quoque monasteria sua indicia
lignaria, e. g. monasterium
Loccum vid. geschlechtshisto-
rie der herren von Münchhau-
sen cet. p. 132 ad a. 1532.

d) ab HONTHEIM m.l. T. I,
C p. 310,

§. VII ARGUMENTA PONVNTR.

Scrupulum quidem non ignoramus: exempla non probare, sed tantum illustrare; verum enim vero illum ex animis euellere possumus, si ex coniunctis argumenta ducimus, quibus inductio illa logicis visitata accedere potest e). Dictum est I) archipraefules, atque episcopos, nisi cunctos, tamen plurimos ab initio venationem regum, atque imperatorum munificentia, aliis modis adeptos esse; vnde circa auctorem persona regis, aut imperatoris publica et regia ponenda est. II) Ea, quae regionibus ordinum Imperii adiiciuntur, publica habentur, quod etiam de archipraefulum, et episcoporum terris censendum est. III) Inuestitura regum et imperatorum hisce accessit, qua praefules ab illis inauguriati fuerunt, vti formulae litterarum clientelarium loquuntur, nimirum mit den regalien, und der weltlichkeit cet. IIII) Ipsi episcopi iuribus et honoribus ordinum Imperii decorati, et re ipsa illis in comitiis Imperii gaudentes superioritatem territorialem exercent in principatibus suis f). Quod si vero liquet: iura ea regia in terris praefulum ad eos per inuestituram prouenisse, eaque ab imperatoribus eis large aliis modis concessa fuisse,

p. 310, KETTNER in antiquitat. quedlinburg. dipl. III, p. 5, 6.

e) viri perillustris et magnifici IO. GE. ESTORIS observationes iur. feud. obs. IIII, p. 5 seq.

f) Quocirca episcopi et prelati id in primis pedenterim egerunt, vt venationibus in terris suis et praediis ecclesia-

sticis hoc circumponerent regia auctoritate praesidium, quo alios potentiori manu prohiberent inuasione; quin etiam aliis venationem concederunt variis modis, v. g. Rudolphus II praeful herbipolitanus anno 1490 abbati ebracenisi venatum revocabilem indulxit, LÜNING in spicileg. eccles. P. II, p. 1018.

fuisse, quibus superioritas territorialis gradatim accessit, ius venandi quoque ab imperatoribus ad principes Imperii translatum esse perciuntur; hoc autem ad priuatos non, nisi voluntate principum, sive expressa, sive tacita, subinde transfuisse existimatur. Quod si vero priuatis illud quoquo modo est concessum, tamen illud stricte est interpretandum g), ne totum ius principis interueratur, sed sartum, testumque maneat, legislatoris deinde potestas, banus ferinus principis, securitas publica, et utilitas communis sustineantur. Hodie igitur principes, et domini regionum ius venatus inter iura regia, seu suprema numerant, et plurimum exercent non tantum in locis publicis, sed et priuatis, cum exclusione proprietariorum h), nisi hi illud iusto et legitimo modo adquisuerint, hocque probari possint i). V) Facultas, et ius venandi requirit titu-

C 2 lum

g) CASP. KLOCK vol. II,
cons. 29, num. 63, num. 94,
247, 273 seqq., vol. III, cons.
149, n. 120, LUDOLPH.
SCHRAEDER de *feudis* P. III,
cap. 4, n. 47, 10. NIC. HERT
in resp. 348, num. 2 seqq. et
decis. 956, num. 1, CHLADE-
NIUS de *venat.* p. 6 seqq. § 3,
vir perill. ESTOR l. d. P. III,
§ 2496, § 2507, § 2525, STIS-
SER M. I. cap. VI, § 18, p.
163, REINHARDT l. d. cap.
II, § 7, p. 49 seq.

h) HERT de *superiorit. ter-
rit.* § 49, ADR. GYLMANN
T. II P. I, vot. I, p. 30 seq.
n. 28, T. II, P. III, tit. X,

n. 31 seq. p. 236 seq. VEIT
LVD. de *SECKENDORF* im
teutschen Fürstenstaate, Ienae
1754, 8, P. III, cap. III, seq.
V, § 1 seq. p. 438 seq. HVF
de *STRINACH* l. d. § XI, p. 9,
viri perill. 10. VLR. L. B. de
CRAMER T. I, obs. 25, p. 98
seqq., T. II P. I, obs. 506, p.
147, et in opusculis T. III,
p. 25-89, vir perill. ESTOR
l. d. P. III, § 2507, p. 955 seq.

i) HERT in decis. 636, ARN.
MAVR. HOLTERMANN de *iu-
re venandi*, Marb. 1671, § 14
seqq. p. II seq. L. B. de CRA-
MER opusc. T. III, p. 37,
CHR. THOMASIUS de *regal.*
fisci

lum in statu ciuili Germaniae, neque modus adquirendi iuris naturae et gentium, potius modus adquirendi iuris ciuilis in Germania habetur. Fac, esse modum iuris naturae, tamen ille ad ius naturale permissuum, non praecipiuum referendus erit, qui facultatem quidem, non tamen obligationem denotat, illudque mutari, prohiberi et restringi potest pro necessitate, salute, securitate atque utilitate reipublicae exigente k). Bestiae ferae in siluis res nullius in Germania non censemur, sed sunt alicuius; furum igitur earum statuitur l). Interest enim reipublicae, et principibus, ne per ruinam ferarum et abusum venationis damna et pernicies hominum oriuntur. Quamobrem venatio libera itidem potestati atque imperio principum obnoxia est, eaque non sine ratione inter abusus licentiosae

*fisci princip. Germ. cet. Hal. M.
1713, cap. II § 2, p. 39, 10.
IOD. BECK de iuri d. for. 1748,
4, cap. XV, p. 354 seq. STIS-
SER I. m., cap. V, § 16 p. 109,
ibique in nota (b) citati au-
tores, cap. VI § 16, viri per-
illustris E STORIS rechtsge-
lahrheit der Teutschen P. III,
§ 2491, p. 950, § 2507, p.
954 seq.*

*k) THOMASIVS I. d. cap.
II, § 2, not. a, p. 40, FELIX
SPITZ de iuri d. for. cap. II,
§ 4, 5, p. 12 seqq. viri perill.
L. B. de CRAMER T. I obs.
25, p. 98 seq., viri perill. I. A.
L. B. de ICKSTATT de eo, quod
iure publ. cet circa venat. iuris*

*eft, T. I, opusc. REINHARDT
I. c. cap. III, sect. II, § XI, p.
99 seq.*

*1) de LVDEWIG de fera-
rum furto, diff. I, p. 3 seq.,
HENR. GOTTLIEB FRANKE
in disquis. de poenis in ferarum
fures, GOEBELLI diatr. de iure
venandi praemissa, REINHARDT
I. d. cap. III, § 3, p. 61 seq.
10. TOB. RICHTER de vene-
tione turbata, Lips. 1745, viri
perillustris et magnifici E STO-
RIS burg. rechtsgel. der Teut-
schen P. I, § 2532, P. II,
§ 4828, et P. III, § 2496, p.
953 seq. GOTH. REVTER de
venat. prohibita, Jen. 1629.*

tiosae plebis refertur a IO. PET. *de LVDEWIG* m). VI) Principes autem venatus in terris suis sibi attribuisse, hodieque sibi vindicare, patet ex perpetuis discordiis, litigiis, et disceptationibus forensibus n), concessionibus, priuilegiis, legibus, et statutis. Vnde argumentum sumitur, quod, si venatus ad rempublicam et personam principis publicum respectum habeat, ille velut res pertinens fundorum priuatorum, etiam equestrium, per se proprie et necessario existimandus non sit o). Exempla, priuilegia, monumenta annalium et commentarii regum atque imperatorum testantur: imperatores de venatu nobilium imperio sine medio obnoxiorum priuilegiatulisse p),

eum-

m) de *venatu eiusque regal.* diff. VI, p. 52 seq. STISSER l. d. cap. V, § 20 seq. cap. VI, § 17, vir perill. ESTOR l. d. P. I, § 2519, p. 956, P. III, § 2532, p. 960.

n) LÜNIG in *spicileg. eccl.* P. III, p. 833, cont. III, fort. p. 110, IO. RVD. ENGAV in decis. P. I, decis. 492, num. 2, p. 505. De hisce litigiis testantur acta publica, et scripta edita a BILDERBECKIO ET LÜBBIO, KOPPIO, BVRI, aliisque. Add. kurze documentirte demonstration, dass der uralte Reichs- und koenigsforst zur Dreieichen - sich auch über die Frankfurter waldungen und felder erstrecke cer. Offenb. fol. acta in caussa principis Schwar-

zenbergici cum parentibus suis in praefectura Neustadt intuitu liberae venationis, quae his priuilegiis anno 1490 et 1641 latis confirmata est.

o) Non itatim venatio indulta censemur fundo nexus feudali concessio, *de LVDEWIG de venatu* cer. diff. V, not. 16, 17, p. 46 seq., GE. AD. STRIVIVS in *synt. iur. feud. cap. VI*, § 10 seq. HERT in *decis. 636*, HANSELMANN l. d. P. II, p. 303 seq. STISSER l. d. cap. V, § 15 seqq. p. 107 seqq. § 54 p. 141 seq. vir perill. L. B. de CRAMER in vol. III opusc. p. 49, p. 52, REINHARDT l. d. cap. II, § 6 seq. p. 46 seq.

p) LÜNIG im R. arch. P. spec.

eumque ad iura regia retulisse q), quin etiam principum priuilegia auctoritate imperatorum, et publicis litteris consignata, quibus illi principali dignitate ornati fuerunt, illos aliquando bannis ferinis dignata sunt, aut hos confirmarunt r).

§ VIII

IN TERRIS MOGVNTINIS VENATIO GENERATIM LIBERA NON EST,

Sunt quidem nonnulli, qui in archipraefulatu moguntino venationem prorsus liberam esse opinantur. Sed earum opinionum commenta delere, aut minimum temperare possunt tum priuilegia caesarea, et litterae clientelares ab imperatoribus archipraefulibus moguntiniis data (§ VI), tum leges forestales moguntinae s). Inficiari quidem nolumus: veniam venandi quibusdam in suis fundis atque in certis locis communibus datam esse; sed illa non omnibus, qui in ditionibus moguntiniis viuunt, et parentes sunt, tributa est, verum illis tantum, quibus archipraefulum permisso illa concessa est t), et qui in more

spec. cont. III, abs. I, p. 65,
p. 78, p. 109, abs. II, p. 42,
p. 180, abs. III, p. 21, p. 56.

q) Multa documenta testantur: imperatores venatum inter iura regia numerauisse, ut ex actis publicis patet.

r) MEIBOM, in *scriptor. ver. germ.* T. III, p. 211, p. 213,
HANS HEINR. KLÜVERS *beſchr. des herzogthumes Mecklenburg*, 1737, 8, P. I, p. 304,

STISSER I. d. cap. VI, § 13,
§ 14, p. 155 seqq.

s) Vid. kurfürstliche mainzische erneuerte und verbesserte wald- forst- und jagt- auch fischerei ordnung cet. vom 5ten nov. 1744, Mainz, 4, cap. II, p. 11-20, busserordnung *ibid.* p. 97 seqq.

t) *ibid.* § 1, p. 11 verba sunt: unsre ober- jaeger- und oberforstmeister, samt seinen unter-

more illo antiquo visitato manifeste sunt; illis tamen ea ob legitimas causas auferri potest; reliqui vero venatu sunt prohibiti; alias ut fures ferarum mulcta et poena multantur u). Ex his colligi potest: eos, qui in terris moguntinis venatum penitus liberum perhibent, perturbatione ordinis er juris peccare, quin immo si qui errant, hominum coniectura peccat. Logici autem dicunt: ab vna specie ad alteram concludere non licet, siue, quod valet de vna specie, non statim valet de altera, siue ut iu-

recon-

untergebenen forstbedienten, und forsknechten soll neben den windhetzern, und wildfoerster auf die wildbahn, und das kleine weidwerk fleissige aufficht haben cet.; § 2, p. 12 alle die unsrige, so der hohen jagt, und wildbahn befugt sind, sollen die gewisse zeit zum jagen halten cet.; § 19, p. 20 gleichwie auch die taegliche erfahrung gibt: dass einige unsrer beambten, bedienten, und andere eingefessene in unserem Erztstifte, welche der jagt theils in gemeinen, theils in ihren eigen thümlichen waldungen, oder feldern berechtiget sind, oder seibige sonst zu geniesen haben, sothane jagten durch ungelernte jaeger, oder bauernschützen exerciren lassen, oder aber gar an auswaertige ver-

lehnhen, wodurch der jagt selbst ein außerordentlicher schaden zugezogen, und alles wild ausgerottet wird; als wird iedernaenniglichen, welcher dergleichen jagt berechtiger ist, hiermit ernstlich anbefohlen, dass der, oder dieselbe sothane jagt anders nicht, als durch sich selbst, oder durch gelernte jaeger exerciren lassen, und die übrige bauernschützen ein vor allemahl gaenzlich abgeschafft seyn sollen, da dann im widrigen fall der, oder diejenige ihrer jagt nicht allein auf allezeit verlustigt, sondern auch auf ieden fall mit 50 Reichsthaler strafe angefsehen werden sollen cet.

u) *ibid.* § XI, p. 16, § XVI,
p. 18, p. 97 - 106.

D

reconsulti loquuntur: species non semper continetur sub genere, et specialia ad alias visiones non sunt extendenda x), sed individuum in certa ac formali sui determinatione consistit.

S VIII

NEC IN TERRIS COLONIENSIBVS.

Ius venandi in terris coloniensibus regium habendum ac superioritati territoriali annexum, per priuilegia caesarea (§ VI), et ab eminentissimis archipraefulibus coloniensibus equestri ordini, et ciuitatibus indulta, et legibus provincialibus y) declaratum est, eamque ob causam eo quoque concessio, quod nobilibus atque vrbibus inferior venatus in quibusdam regionibus limitatis et descriptis indulgenter tributus sit, consequens tamen id certe dare non possumus, quod volunt nonnulli doctores, qui liberam venationem in dictis terris, etiam in ducatu Angariae et Westphaliae ad singulos subditos spectare autuantur z). Potestas enim illa venandi expressam prae fe

x) NIC. CHRISTOPH. L. B.
de LYNNER de *individuitate*
cet. Francof. ad M. 1710, 4,
cap. 1, a. 8, n. 46, p. 17, et
in resp. 170, num 37, n. 23,
CHRISTIAN. WILDVOGEL in
cons. 168, n. 22, p. 355.

y) Verba priuilegii et con-
cessio[n]is ab eminentissimo ar-
chipraefule ac septemuiro co-
lonensi Salentino p. m. ordi-
nibus provincialibus die 26
mensis Augusti anno 15
1777 lati sic se habent:
wiewohl auch die jagt, der-
wegen die von der ritterschaft

fonderlich klagt fürbracht, ein
principal haubtlück unserer
landsfürstl. REGAL, und obrigkeit
ist cer. Hisce addere licet,
quae in kurcoelnischer des her-
zogthumes Westphalen ver-
befferten polizeiordnung ab
electore atque archipraefule co-
lonensi Iosepho Clemente p.
m. anno 1700, 4, renouata tit. XXXVII, § 1, p. 165,
p. 166 sancta sunt. Adi. kurcoel-
nische jagt-busch. und fische-
riordnung vom Jahre 1759.

z) HERT de *superiorit. ter-
rit.*

se fert concessionem archipraefulum coloniensium, neque illa indulgentia in rusticos sepe extendit. Hoc facto, manet ius illud eminens archiepiscoporum coloniensium nihilominus sartum testumque in suis prouinciis, velut ius regium et supremum, eaque re ille, qui venationem praetexit, titulum acquisitionis principi in terris coloniensibus edere tenetur, vti verba ordinationis politicae memoratae loquuntur.

§ X
CONCLUSIO.

De aliis archi- ac praefulatibus Germaniae, eorumque iuribus regiis circa venatus § VI supra memoratis copiose dicere et pluribus verbis agere possemus; at ea ob angustiam temporis iamiam sunt praetereunda. Sufficient igitur haec pauca, et gloria sit Deo optimo maximo.

vit. § 49, in not. 6, GE. BYER in delin. iur. germ. lib. II, cap. 2, § 8 aliquie. De comitatu arnsbergensi probari potest: imperatorem Ludouicum Gothofredum comitem arnsbergensem anno 1337, inter alia,



filua sua, quae dicitur Rurewald, et in eadem filua foresto vulgariter *wildfort* inauguras- se, vid. 10. DIET. de STEI- NEN westphael. geschichte, P. III, Lemgo 1760, 8, p. 1972.

VIRO

TIBI SAVIUS

VIRO PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
CANDIDATO IVRIVM PRAESTANS PISSIMO
SALVTEM ET QVAEVIS FELICITATIS GENERA PRECATVR
P R A E S E S.

Quum, PRAENOBILISSIME et SVAVISSIME CANDIDATE, meum praesidium exposceres, id eo maiore cum gaudio suscepi, dum TVAE egregire eruditionis mibi ex Scholis meis cognitae ac perspectae testis esse queam. Nullus dubito, quin etiam in cathedra hocce specimen auspicale TVVM pro virili parte contra tela aduersariorum sis defensurus. Summum numen solummodo precor, ut omnia ex voto animique sententia succedant. Interea hos industriae TVAE fructus excimios TIBI; optimo vero et consultissimo patri filium bonae spei, et TVO cognato indulgenti, et munifico, consultissimo viro, iurium Doctori celebratissimo DROEGEN, regimini arnsbergensi ab epistolis, siue vulgo secretario, laude conspicuo, de TE ex animo gratulor. Perge bonis aibus, et quam feliciter ingressus es viam, ulterius ambula. Sic eruditus, sic prudens, sic denique felix eris, et patria uberrimos fructus sibi ex TVIS perceptis doctrinae opibus poterit promittere. Vale et me ama. Marburgi Cattorum die XXVII mensis Iul.

A. R. S. clocclxxi.




ORV

Marburg, Diss., 1771-23

ULB Halle
005 359 821

3






1773
18

DISPUTATIO AVSPICALIS IVRIDICA
OBSERVATIONES NONNVLLAS
DE
VENATV IN TERRIS
PRAESVLVM GERMANIAE
ET
ARCHIEPISCOPATVS COLONIENSIS
NON LIBERO SED REGALI HABENDO CONTINENS

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIP^E
ET DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQUA

PRAESIDE
IOANNE ANDREA HOFMANNO
IVR. DOCTORE ET ANTECESSORE P. O.
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRIBVS HONORES
ET PRIVILEGIA EORVM RITE CONSEQUENDI
DIE VIII MENSIS AVGUSTI A. R. S. c^ol^ob^oc^oCLXXI
VIRORVM MAGNIFICORVM PERILLVSTRIS
ILLVSTRIVM ATQUE EXCELLENTISSIMORVM DISQVISITIONI
SVBIICIT

AVCTOR ET RESPONDENS
CLEMENS AVGST. FERDINANDVS HOYNK
BALVEO - WESTPHALVS
AB EMINENTISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO DOMINO MAXIMILIANO
FRIDERICO ELECTORE ATQUE ARCHIPRAESVLE COLONIensi
PARENTI SVO CLEMENTISSIME SUBSTITUTVS IVDEX
PRAEFECTVRARVM BALVENSIS CET.


MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

